

Ioannis Fucherij

ALTISSIODOREN. IVRIS-
dici præsulatum Gallicorum, præfectu-
rarumque Ritus Iudiciales, in negotiis
Ciuitibus experiundis, quibus etiā
prætici vtūtur in omnibus Gal-
liae curiis, secundum nouissi-
mas constitutiones Fran-
cisci primi, Gallorum
Regis, nouissi-
mè editi.

Esta conforme al Exequiutorio de 1640.
Por comisión del Santo Oficio

Stephanus de Thury

Bibl.

PARISIIS,

Apud Vianantium Gaultherot, sub in-
ter signio S. Martini, in via Iacobea.

2545

2 FRA.



Coll. Soc. Jesu S. Ign. ex dono P. Regum.

REVERENDO, ILLV-
striſſimōque Domino, Domino Fran-
cisco à Dintauilla Altissiodoren. Præ-
ſuli meritissimo, Ioannes Fucherus, Al-
tissiodorensis. S.



Vum ante annos plus minus decē &
quatuor, recens ex legum Academiis,
Senatūque Parisiensi, ad lares tandem
patrios remigrassemus (Præſul inte-
ger time) aeditum est à nobis ac teme-
rè forsan, magisque ætatis præcipitatione, quām iudi-
cio emissum in lucem opusculum quoddam, de ex-
periundis causarum ciuilium formulis. Quodquidē
quum iam inde ſæpius à calcographis, tum Lutetjæ,
tum Lugduni, tum Antuerpiæ recuſum ellet, paſ-
ſimque euulgatū, nequissimē denuō efflagitariunt à
me nonnulli, vt libellum ipsum de integro recogno-
ſcerem, & ad eos iterum auſterio aliquo locupletat-
um transmitterem, vt recuſare omnino, aut eiusmo-
di labore repudiare, haudquaquam ſanè potuerim.
Cæterum quum recognito operi, & vteunque re-
nato aliquem ſuccurriſſet, quo haſtenus caruit quæ-
rere patronum: cuius nimirum umbra, ac nominis
dignitate tanquam elipeo propugnatum existima-
uimus ab effrenata inuidentum rabie, ac denticulis
(quibus contemptus ac inconeinnus fœtus iſte cate-
re non potuit) quali verò ſint qui trepidè vereantur,

. A S T V .

ne literæ nostræ (si quæ sint) in lucem prodeant :
& voluptatem quam maledicendo ceperint, de no-
stris quantumvis tenuioribus literis, eam de nobis
bene audiendo amittant. Tametsi quum multæ aliæ
causæ, cum vero potissimum materiæ lenitatis, sty-
lique καὶ τὰς φράστος ruditas valde absterrerent, ne te
tandem, tuisque nominis splendorem (ut vehemens
mihi dudum cupio incesserat) ex omnibus elige-
rem. Sicutamen tandem apud me statui non decere
me aliunde autorem accersere. Cui præsto ad ma-
num, & in oculis esset, tam omni in re conspicuus,
seu generis decus antiquissimum, seu animi præ-
stantiam ac magnitudinem, seu eruditionis vbera-
tem, seu denique officii, rerumque præclarè gesta-
rum excellentiam contemplari libeat. Hæc siqui-
dem omnia quām in te eximiè luceant, satis norunt
omnes. Prætermitto cæteras illas ingenii tui splen-
didissimi dotes, ac multiplicem variarum rerum, at-
que artium cognitionem, qua haud dubiè ita excel-
lis & abundas, ut inter cæteros totius Galliæ Præsu-
les, vnum te merito ἐκκλησίᾳ absoluisse palam
inconfesso sit. Clarissimum nanque horum omniū
specimen, & das quotidie variis rebus, & iam olim
dedisti, cum honorificentissimo legati Regii mune-
re apud Clementem septimum Pontificem maxi-
mum Romæ functus es, ut ibidem connubium Re-
ginæ nostræ Helizabeth, tam eximiæ uxoris Chri-
stianissimi nostri Regis Henrici Valeſſi (cuius vir-
tutes amplissimas iam dudum, Deus opt. max. in im-
mensum augeat) procurasti (Optime Præſul) quod

Ioannis Fuscherii

ALTISSIODORENSIS IV.
ridici, præsidatum Gallicorum, præfecturarumque
Ritus Iudiciales in negotiis ciuilibus experiundis.

Caput primum.



N nomine Sanctæ Trinitatis,
Amen. Scribit Isidorus lib. ethi-
mologiarum 18. c. 15. Lectores
beneuoli, Quodque in nostra
præsertim Gallia conducere po-
terit, quæ penè tota (quoad iudi-
cii saltet ordinem attinet) vtitur practice, in qui-
buscūque præsidatum præfecturarumque præ-
toriis, (quæ sedes bailliuatuum, seu præfecturarum
curias appellamus) vt in omnibus actionibus ci-
uilibus iudiciorum contradictoriū, omni quo-
que negotio (quod cauſam, litem, seu processum
vulgus vocat) hæ personæ querantur, Iudex, ac-
cusator, reus, & tres testes. Iudex scilicet suus & or-
dinarius. l. rem nouam. C. de iud necnon compe-
tens. l. i. C. de iurisdict. omni. iudi. Qui etiam di-
citur vir bonus, atque æquus. Bart. in. l. sed vnuſ.
§. prætor ait. ff. de iniur. † Tum demū indicem
(qui iusticiæ antistes est) oportet esse grauem, san-
ctum, seuerum, incorruptibilem, inadulabilem, vt
reficit Aulus Gellius noct. Attica. lib. xiii. c. iii.

Præſida-
bus
tus &
toriis

Iudicio
contradi-
ctorio

quaæ per-
sonæ quoæ
rantur.

Index
suus.

A

IOANNIS FUCHERII

factumve fuerit: igitur ea ductus ratione, vestra
discretionē hanc tenuem resumptionē gratuito
quodā animo existimauit boni cōsulturā: nec mo
ueror, si nōnulli, laruato quodā fastu, suā quærunt
(maledicēdo) instar illius qui tēplū Diane Ephē
siæ cupiēs dignosci, inflāmauit) diuulgari famā
(quos Hieronim⁹ Phagoledoros appellat, id est,
comedētes senecias) suā zyzaniā, quarūcūq; bla
terationū apparatu, ac philosophantiū impuden
tia, iuris naturalis interpretatiōe tegētes, metho
dum quętētes notitiæ, ipsi quidē cū philosophā
tur, hallucinationē suā ignorant, quęadmodū qui
vident festucā in oculis fratrū: trabē autē in pro
priis oculis nequeūt cernere. Tantas præsertim
næni as floccipēdimus, q̄ si melius nouerint face
re, construāt, scribant, si farī nesciant: nam noster
animus tandem delectatur in eorum nugamentis,
quasi psitacos meos habeam. Igitur (lectores be
nevoli) mea hæc scripta in meliorem par
tem suscipiatis, pollicitus me
quondam alia labo
riosius f. & tu
rum

FINIS.

